

S. THEOBALDVS CHRISTI MINISTER.



S Anctus Theobaldus eruditione & sanctimo-  
nia uitæ suo tempore insignis extitit. Itaq; in Al-  
satia Christum prædicauit, atque Ecclesias passim  
confirmauit. Eo tempore Rotharius secundus Ar-  
gentinensis præsul claruit, atque S. Theobaldo fa-  
miliaris extitit. Huius etiam uiri pietate Childeri-  
cus Austrasiorum rex motus in sua ditione aliquot  
monasteria fundauit, atque ea Sancto Theobaldo  
instituēda commisit. id quod factum est anno Chri-  
sti sexcentesimo sexagesimo. Cum hoc modo salu-  
tifero Dei uerbo multos ad uerum Dei cultum du-  
xisset, atque suo exemplo uirtuti incumbere docu-  
isset, tandem moriens magnum sui desiderium om-  
nibus reliquit, atque cœleste gaudium intrauit. Anon in Argentin. Episc.  
Rothario,